breui animũ suum adlocutione firmauit. quid agimus mens adhuc
mundani oneris fasce depressa quam nondum ad auctorem suum
corporeus carcer euomuit. non tibi certa est de pfectione fiducia
dum adhuc includeris fragilitate carnali. periculis plena sunt
que uidentur esse tutissima. lenocinia hostis tui intellegis dũ uniuersorũ
uoce laudaris. vide quantis labores insidiis absconditũ esse non liceat
quod agimus latebram nrãm persecutio manifestat hostilis.
scõrũ expectamus exercitum et illam lirinensis insule cohortem
inriguo inquiramus ardore quẽ solum actenus pulsauit aduersarius
timebit inter inimicam sibi multitudinẽ constitutum instructa
proeliis acies illa semper inuigilat. et uuriis perfossum ictibus
abegit infestantẽ. quod bella illis diabolus intulit numerant
tot triũphos. non metuunt quotiens adesse satanan ut dimicantes
acuant classico fuerit stridente nuntiatum semp eruditos
et fortes reddidit cotidiana decertatio quomodo prolixior
pax solutos his dictis dimissum fratribus cellulam quos ibidem
predicti amor congregauerat apud lirinũ inprouisus adparuit.
nuntiauit uirum insignium meritorum facies ieiunii pallore
decorata namq; dũ secretũ interiorem hominis splendidissima macies
indicaret et non defuit actuum eius pco consuetus inmaculatam
conuersationis ipsius speciẽ sub uerborũ abundantia et relationis
ubertate discribens. mixtus grandeuis et pcipuis gestorum suor
lampadam non minori intellexit igne rutilare meritus est
formitis sui lucẽ clãuidit alienĩ quas inter ornamenta celi et sidera
pleno fulgore micantia superuenientis astri claritudo sociatur
certant sine inuidia geminare radios et per augmenta luminis
speciem superare nouitatis alia prolixiori crine faciem suã
stella commendat alia puriorem unam dicat potior flãma
nobilitat; alteram per spatia nocturna sincerior. sic antoniũ
nrm per uniuersas locorum motationes a xpo ueniens
disciplina comitata est, prouidit tamen nec ui in illa nutrice

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0252